

Dominus (Dux) & Johanes Contareno Consil.

« Quod iste frater *Johannes Dominici* ordinis predictorum confinetur in monasterio
» Sanctorum Johannis et Pauli usque ad diem vigesimum tercium mensis decembris proximi-
» mi, in quo tempore non possit de dicto monasterio exire sub pena essendi bannitus de
» Venetiis per duos annos inde sequentes. » (*Non fu presa*).

¶ Lucas Bragadeno. & Nicolaus Fuscari. & Jacobus de Priolis. & Petrus Guoro Consil.

« Quod dictus frater *Johannes Dominici* banniatur per quinque annos de Venetiis et
» ducatu Venet. ita quod isto tempore non possit venire Venetias nec aliqua aliarum ter-
» rarum vel locorum dicti ducatus, et si aliquo tempore veniret, duplicetur sibi dictum
» bannum, et totiens observetur quotiens contrafaceret. Et istud non possit modo aliquo
» revocari nec sibi fieri aliqua gratia in contrarium sub pena ducatorum mille pro quo-
» libet consiliario capite vel alio ponente vel consentiente partem in contrarium. De qua
» pena etiam non possit fieri gratia sub dicta pena et sic procedatur de pena in pena
» usque in infinitum. Verum habeat terminum dierum trium ad exeundum de Venetiis ut
» dictum est. » (*Fu presa*).

¶ Marcellus Marcello Cons. & Nicolaus Nani. & Daniel Delphino Capit. de X.

« Volunt quod ipse *Johannes Dominici* banniatur per duos annos de Venetiis et di-
» strictu et si interim aliquo tempore veniret iterum banniatur et totiens observetur
» quotiens contrafaceret non computando sibi tempus quo extra stetisset, cum stricturis
» et ligaminibus aliorum consil. » (*Non fu presa*).

¶ Joannes Laureano Caput de X.

« Quod banniatur perpetuo de Venetiis et districtu et de aliis terris et locis subditis
» comuni Venetiarum et si aliquo tempore se permiserit reperiri in aliqua dictarum ter-
» rarum vel locorum stare debeat uno anno in carceribus et iterum banniatur et totiens
» observetur quotiens contrafaceret et quod de predictis non possit fieri gratia sub pena
» et stricturis contentis in parte quatuor Consiliariorum, et quod recedat eras per diem
» sub pena standi uno mense in carceribus post quem incipiat executio banni predicti. »
(*Non fu presa*).

pag. 54.

Advocatorus Comunis.

« Quod iste frater *Johannes Dominici* banniatur per tres annos de Venetiis et districtu
» et de ducatu Venetiarum scilicet a grado ad caput ageris cum omnibus penis et liga-
» minibus ac stricturis contentis in parte quatuor Consiliariorum. » (*Non fu presa*).

Die precedenti.

¶ Iohes Contareno. & Nicolaus Fuscari. & Jacobus de Priolis. & Petrus Guoro Consil.

« Si videtur vobis per ea que dicta et lecta sunt quod procedatur contra presbiterum
» *Leonardum Pisani* pro his que fecisse et ordinasse dicitur in facto istius Congregatio-
» nis et processionis Alborum facte contra voluntatem Dominii. » (*Fu presa*).

Dominus Dux & Johanes Contareno Cons.

« Quod iste presbiter *Leonardus Pisani* non possit exire de domo sua usque vigesi-
» mamteriam diem mensis decembris proximi, et si aliqua vice contrafaceret, dicta pena
» ei duplicetur et totiens observetur quotiens contrafaceret. » (*Non fu presa*).

¶ Lucas Bragadeno. & Nicolaus Fuscari. & Jacobus de Priolis. & Petrus Guoro Consiliarii.

« Quod iste presbiter *Leonardus Pisani* banniatur uno anno de civitate Rivoalti, et
» si aliqua vice dicto tempore contrafaceret pena ipsa ei duplicetur, et totiens hoc obser-
» vetur, quotiens contrafaceret, et quod istud revocari non possit nec sibi fieri aliqua
» gratia in contrarium sub omnibus penis, conditionibus, et stricturis captis de fratre
» *Johanne Dominici*, et quod hoc observare teneatur infra terciam diem. » (*Fu presa*).

¶ Marcellus Marcello Cons.

« Vult quod banniatur solum per sex menses cum omnibus conditionibus, penis, et
» stricturis suorum sociorum. » (*Non fu presa*).